SUB | NIEDERSÄCHSISCHE STAATS- UND UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GÖTTINGEN

Werk

Titel: Herbarium Amboinense, plurimas conplectens arbores, frutices, herbas, plantas ter
Jahr: 1750
Kollektion: Zoologica
Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Werk Id: PPN369547365
PURL: http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN369547365
OPAC: http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369547365

LOG Id: LOG_0232
LOG Titel: Caput Decimum Septimum. Accarbarium album verrucosum. Kalbahaar batu. - Seventiende Hoofdstuk. Het witte Accarbaar met Wratten
LOG Typ: chapter

Übergeordnetes Werk

Werk Id: PPN369544501
PURL: http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN369544501
OPAC: http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369544501

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.
Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.
Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

CAPUT DECIMUM SEPTIMUM.

Accarbarium album verrucoſum. *Kalbahaar batu.*

Secunda Accarbarii albi ſpecies articulis penitus deſtituitur, ſed ad extremitatem verrucas gerit concavas. Optimeque convenit cum Europæo Corallio albo, eſt enim albiſſimum, & duriſſimum inſtar Marmoris, ſine ſtriis iſtis Corallinis, truncum gerens brevem ac craſſum, qui ſeſe mox in plures denſos & breves ramulos extendit, quique inſtar flabelli quodammodo plani ſunt, horum autem ramulorum extremitates obtuſæ ſunt, parum excavatæ foveolis, inque iis ſtellula radiata conſpicitur, qua in re convenit cum Europæo Corallio albo verrucoſo, quodque ubique in Pharmacopæis pro Corallio albo venditur, excepto quod Europæum ramos gerat paulo longiores & rotundiores, magisque ad Ebur quam ad Marmor accedat. Interna hujus ſubſtantia homogenea eſt, alba, ſolida, & inſtar Marmoris dura.

In Amboina rariſſimum eſt, nec ultra palmam altum. Sed circa Bandenſes inſulas obſervatum fuit tres cum dimidio pedes altum, inſtar flabelli quoque planum, ſed ejus rami paululum ad latus recedunt. Ex mari purum mox deducitur, excepto quod ſuperiores rami mucoſo tegumento inveſtiti ſint, atque in tota arbuſcula nullus ramulus eſt, qui ſine fractura inflecti poteſt.

Nomen. Latine *Accarbarium album verrucoſum*; Malaice quidam id vocant *Kalbahaar batœ*, quum inter cuncta Accarbaria quam maxime ſit ſaxoſum.

Locus. Raro & in profundo creſcit mari, quantumque videtur, in ingentibus & duris ſcopulis, totum enim evelli nequit, ejusque rami caſu per hamos adducuntur. Solummodo fere creſcit circa Bandenſes inſulas, ibique in ſubmerſis inſulis Roſſingeyna & Pœlorona. In Amboina parvas modo ejus vidi arbuſculas, vix quatuor digitos altas, quæ duris inpoſitæ erant ſilicibus, & ex Ceramæ boreali ora, Hatuwe nempe, deductæ erant.

Uſus. Quum tam raro reperitur, ejus uſus potiſſimum ignotus eſt, quidam tamen Æthiopes mihi perſuadere volunt, vires ejus cum albo Accarbario communes eſſe, quas indagare nondum potui, quum unicam tantum ejus poſſideam arbuſculam, quam frangere non lubet.

OBSERVATIO.

Simile *Accarbarium* eleganter delineatum eſt a *Beſlero* in *Muſæo rarior. Tab.* 25. eſtque Madreporæ ſpecies *Tournefortii*, cujus plures habet *Boerhavius* in *Indice ſuo*, ubi No. 5. Madrepora ramoſa, candidiſſima, creberrime & tenerrime perforata Amboinenſis memoratur, cum hoc ſine dubio conveniens.

SEVENTIENDE HOOFDSTUK.

Het witte Accarbaar met Wratten.

DE *tweede zoorte van wit Kalbahaar is geheel zonder leden, maar aan de einden vol holle wratten. Het komt beſt over een met het Vaderlants wit Koraal, want het is ſpier wit, en ſteen hard als Marmel, zonder Koralinen ſtreepen, met een kort dik ſtammetje, 't welk zig van onder op in veele digte, en korte takjes verſpreidt, die wat plat ſtaan als een wayertje, maar de eindens van deze takjes zyn ſtomp, wat uitgebolt, met een kuiltje, en daar in geſtraalt als een ſtarretje, daar mede over een komende met het Europiſſe Corallium album verrucoſum, en 't geene men over al in de Apotheeken voor wit Koraal verkoopt, behalven dat het Europiſſe wat langer, en ronder van takken is, meer na Yvoor dan Marmer gelykende. Die binnenſte ſubſtantie van dit gewas is eenpaarig, wit, maſief, en hard als Marmer.*

In Amboina valt het zeer zelden, en niet boven een band hoog. Maar omtrent de Bandaſche Eilanden is het gezien, van vierdehalve voeten hoog, mede plat als een wajer, dog de takken ſpringen een weinig ter zyden uit. Het komt ſtraks zuiver uit zee, behalven dat de bovenſte takken met een ſlymerig dekſel bekleedt zyn, en aan 't geheele boompje is niet een takje, dat men buigen kan zonder te breeken.

Naam. *In 't Latyn* Accarbarium album verrucoſum; *in 't Maleits noemen 't zommige* Kalbahaar batoe, *om dat het onder alle Kalbabaren het ſteenagtiſte is.*

Plaats. *Het groeit weinig, en diep in zee, zoo 't ſchynt op groote harde klippen, want men kan 't niet geheel uitkrygen, werdende by geval de takken met een vishoek opgehaalt. Het waſt ſchier alleen, omtrent de Bandaſe Eilanden, en aldaar op 't verdronken Roſſingeyn en Poeloron. In Amboina heb ik maar kleine boompjes gezien, ſchaars vier vingeren hoog, die op harde keiſteenen ſtonden, en van Cerams Noordkuſt van Hatuwe gebragt wierden.*

Gebruik. *Dewyl het zoo zelden gevonden werd, is zyn gebruik nog meeſt onbekent, dog zommige Mooren willen my verzeekeren, dat het de kragten met het witte Kalbahaar gemeen heeft. Ik heb tot nog toe niet onderzoeken kunnen, dewyl ik maar een klein boompje ryk ben, 't welk ik niet breeken mag.*

AANMERKING.

Diergelyk Accarbaar ofte Koraal wert fraai afgebeeld van *Beſlerus* in zyn *Muſeum rarior. Tab.* 25. en is een zoort van Madrepora by *Tournefort*, waar van de Heer *Boerhave* veel zoorten heeft in zyn *Index*, alwaar by No. 5. een Madrepora, die takkig, zeer wit, en zeer fyn en veelvuldig doorboord, uit Amboin voorkomt, met deze zekerlyk overeenkomende.